



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 1. De suppreßione & extinctione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)



DVODECIMA; ET VLTIMA PARS DE MODIS QVIBVS EXTINGVITVR, VEL ALTERATVR BENEFICIUM.

C A P. I.

De suppressione & extinctione.

S V M M A R I A.



Suppressione extinguitur beneficium, & definit esse, ut cum supprimitur dignitas, vel prabenda, seu numerus illarum diminuitur, n. 1.

Suppressio, & diminutio, licet sine causa fieri non possit, tamen ex causa, puta propter diminutionem reddituum

bene potest fieri ab Episcopo cum consensu capituli, sicut vni 9, n. 2.

Licet ubi a Papa, vel eius auctoritate numerus sit praefixus, vel confirmatus, vel dignitas creata, non possint etiam ex causa diminueri, vel supprimere, tamen id intelligitur, nisi causa diminuendi, nempe diminutio reddituum, ex post facto superuenisset, num. 3. & 4.

Ubi enim potest fieri augmentum ex crescentibus facultatibus, non obstante confirmatione Papae, ita & diminutio diminutis facultatibus, n. 5. & idem videtur, etiam si in confirmatione sit clausula decreti irritantis, sicut ea non obstante sit augmentum auctis facultatibus, secundum Felin. contra Abb. de diminutione stante dicta clausula aliter dicente, qui tamen potest intelligi ubi non euenit dicta diminutio secundum eundem, Felin. num. 6. & 7.

Author aduertit, quod ubi non euenisset diminutio, non potest fieri d. diminutio, seu suppressio, si auctoritate Papae numerus est praefixus, vel confirmatus, vel dignitas creata, etiam si non adsit clausula decreti irritantis, quamuis secus sit in augmento, quod potest fieri, etiam non auctis facultatibus, non obstante confirmatione, si non est clausula decreti irritantis, per quam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in contrarium, & animaduertisse ad fauorem ecclesiae, & obuiare facilitati canonicorum, & c. a. n. 8.

Statuentes non possunt reuocare statutum confirmatum a Papa, quando concernit fauorem alterius, & quando est confirmatum cum praecepto, quod omnino seruetur ex Rota, n. 12.

De Suppressione, & extinctione beneficii, remissum, num. 13.

Extinguuntur etiam beneficia, quando auctoritate Papae, vel Episcopi, vel alio modo ecclesiae destruuntur una cum redditibus, n. 14.

2. Tom.

Suppressione quidem extinguitur & beneficium, & definit esse, veluti cum in aliqua ecclesia supprimitur dignitas, vel aliqua praebenda, seu numerus illarum diminuitur, ut in l. cum accessissent, de constitutio. vbi Doct. Pet. Gregor. de benefic. cap. 19. cum aliis.

Quae suppressio, & diminutio, licet sine causa fieri non possit c. ex parte, de constitut. tamen ex causa, puta propter diminutionem reddituum bene potest fieri ab Episcopo, cum consensu capituli, sicut vni 9, de qua sequenti c. ita Imol. Abb. num. 4. & 9. Felin. 17. Decius a num. 43. in dict. cap. cum accessissent, & Aqor instituit. moralium 2. p. libro 6. cap. 30. quast. 11. & 12.

Et licet & ubi a Papa, vel eius auctoritate numerus sit praefixus, vel confirmatus, vel dignitas creata non possit etiam ex causa diminueri, vel supprimere, arg. c. cum venissent, de iudic. & c. 1. & 2. de confirm. vtili, ut tenent DD. communiter secundum Abbatem d. n. 4. & Decius a n. 44.

Tamen intelligendum est, nisi causa diminuendi, nempe diminutio reddituum ex post facto superuenisset.

Quemadmodum tenim potest fieri augmentum ex crescentibus facultatibus, non obstante confirmatione Papae, cap. cum M. Ferrarien. de constit. ita & diminutio diminutis facultatibus, & c. Abb. d. n. 4. & Felin. d. n. 17.

Qui tamen ait, quod per istam rationem idem videtur dicendum, etiam si in confirmationem sit clausula decreti irritantis, sicut ea non obstante, & conuerso sit augmentum auctis facultatibus, ut ibi superius dixit n. 8. & 13. cum Abb. d. n. 4. (& sequitur Aqor d. cap. 30. q. 10.) & quod ita sentit Imol. ibi, licet Abbas dict. numer. 5. de diminutione, seu suppressione stante dicta clausula aliter dicat, sine lege loquutus, ut inquit Felin.

Qui tamen & subdit, quod possit intelligi, ubi non euenit dicta diminutio.

Sed ego tamen aduerto, quod ubi non euenisset diminutio, non potest fieri dicta diminutio, seu suppressio.

pressio, si auctoritate Papæ numerus est præfixus: vel confirmatus, vel dignitas creata, etiam si non adfit clausula decreti irritantis.

9 Quamvis ¶ fecus sit in augmento, potest enim numerus augeri, etiam si non sint auctæ facultates, non obstante confirmatione Papæ, si in ea non est clausula decreti irritantis, ut in c. dilecto. de preben. Agor d. 9. 10. quia augendo cultus diuinus ampliatur, & confirmatio videtur facta fauore statuentium, & canonicorum, quod ad hoc ne numerus sit maior, & sic illi renuntiare possunt, nisi in confirmatione sit dicta clausula, ut in d. dilecto, & ibi gloss. verb. huiusmodi clausula.

10 Quia ¶ per dictam clausulam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in contrarium, & animaduertisse ad fauorem ecclesiæ, & obuiare facilitati canonicorum, Abb. in d. dilecto, num. 10. & 14. & in d. cum accessissent, num. 4. & Felin. 7. & 13. Anton. Gabriel plura adducens de clausulis, conclus. 3. 2. effectui, & alij citati supra 3. p. c. 2. num. 242. vbi vide, & num. sequenti.

11 Diminuendo ¶ vero cultus diuinus extenuatur, & confirmatio videtur facta non fauore statuentium, seu canonicorum, sed fauore ecclesiæ, & cultus diuini quoad hoc, ne numerus sit minor, & sic nullo modo possunt illi renuntiare, Abbas in d. cum accessissent, n. 2. Felin. 4. & Dec. à n. 11.

12 Et ¶ quod statuentes non possint reuocare statutum confirmatum à Papa, quando concernit fauorem alterius, & quando est confirmatum cum præcepto, quod omnino feruetur, fuit tantum per Rotam in vna Gerunden. Annuitiationum 3. Iulij 1581. coram D. Seraphino.

13 Et de ¶ suppressione, & extinctione beneficij videnda sunt d. c. seq. à n. 172.

14 Extinguntur ¶ etiam beneficia, quando auctoritate Papæ, vel Episcopi, vel alio modo ecclesiæ destruantur vna cum redditibus, Pet. Greg. de beneficiis, c. 21. & nouissime Gonzalez ad reg. de mensib. gloss. 5. §. 7. à num. 147. vbi ex quibus causis possit de iure dari destructio ecclesiæ.

CAP. II.

De vnione.

SVMMARIA:

Per unionem etiam beneficium extinguitur, seu saltem alteratur aliquo modo, numero 1. vbi ponitur summa totius materię unionum, de qua qui sunt videndi, numero 2.

Diffinitio unionis, n. 3.

Viri seu incorporari possunt fructus beneficij remanente beneficio penes suum rectorem ex Rota, sed ista potius est dismembratio, n. 4.

Quinque modis fit vmo, quos ponunt relati, num. 5. primo quo ad spiritualium communicationem tantum, sed ista non est vmo proprie: secundo, cum vna ecclesia sub iurisdictione alteri, tertio, ut neutra alteri subiciatur, sed æque principaliter: quarto, cum ex duabus fit vna: quinto, cum vna ecclesia erigitur in Cathedralē uniendo illam alteri, ut idem sit Episcopus vtriusque, quæ reduciuntur ad tertium modum, n. 6.

Vmo tribus modis potissimum fit: primo ut ex duobus beneficiis, seu ecclesiis vnum fiat: secundo ut vna ecclesia alteri subiciatur, seu vnus beneficij alteri accessorie:

tertio, duorum beneficiorum, seu ecclesiarum in vicem æque principaliter, n. 7. & quando due ecclesiæ Cathedralēs vniuntur, vnaque æque principaliter censetur vna, c. 2. Et idem quando due parochiales vniuntur, num. 8.

Vmo alia est perpetua, alia temporalis, seu ad vitam illius cui conceditur, n. 9.

Vmo primo modo operatur, ut consuetudo, & privilegia data alteri competunt alteri, & si sunt contraria, meliora, & fauorabilia conseruantur, numero 10. Operatur etiam, quod canonici qui sunt in vna ecclesia, sint in alia, & faciant vnum corpus, numero 11.

Vmo vnus beneficij facta alteri accessorie operatur extinctionem, & suppressionem nominis, & tituli beneficij vni, ita ut amplius beneficium dici non possit, sed iudicatur, ut prædiximus, cui fit vmo, numero 12. & seq. vbi adducitur resolutio Rota, & sic vnum tantum est beneficium, nam vnum omnino transferitur in aliud beneficium, & cum ut illius cui facta est vmo confunditur & efficitur vna massa, seu vnum corpus, num. 14. & non datur vacatio beneficij vni, num. 15, & non solum nomen, sed etiam titulus beneficij extinguitur contra Pet. Greg. num. 16. & attenditur tantum qualitas, & natura beneficij principalis, non autem annexi, numero 17. nam vnum assumit naturam consuetudinis, & privilegia principalis, numero 18.

Inferitur primo non videri verum cons. Nani. 33. de rebus ecclesiæ, n. 19. secundo, quod in imperatione debet exprimi principale, nec est opus exprimere vnum accessorie, num. 20. & per collationem principalis habetur vtrumque, nec est necessaria alterius collatio, num. 21. & capta possessione ecclesiæ, seu beneficij principalis, etiam alterius illi vni intelligitur capta, num. 22.

Tertio inferitur, quod habens canonicatum seu dignitatem, cui fit vna parochialis accessorie, & perpetuo debet residere in canonicatu, seu dignitate, & non in parochiali, num. 23. & adducitur declaratio S. Congreg. num. 24. & declaratur alia, quæ videtur contraria, num. 25.

Quarto inferitur, quod ad canonicatum, seu dignitatem, cui est vna parochialis accessorie, & perpetuo, non requiritur etiam 25. annorum, quæ in parochiali requiritur, sed sufficit etas, alias in canonicatu, seu dignitate requisita, n. 26.

Quinto inferitur, quod in resignatione sufficit facere publicationem in ecclesia beneficij principalis, vbi fieri debet, n. 29.

Sexto inferitur, quod in beneficio vni non habet locum reg. de trienniali, numero 28. & similiter, nec allegatio Lapi, numero 29. quamvis diuersum sit in reg. de annali, in qua non requiritur titulus, & sic obueniens beneficium, ut vnum, potest excipere de regul. annuali contra auctorem qui illud impetravit tanquam beneficium, quia ex persona auctoris ius metimur, numero trigesimo & seq. vbi ponitur resolutio Rota.

Septimo inferitur, quod l. introducta super beneficio, ut vmo non est super beneficio, n. 32. vbi ponitur resolutio Rota.

Vltimo inferitur, quod littera unionis non dicuntur littera de beneficio, sed de proprietate, & re profana, n. 33.

Per istam unionem omnia emolumenta beneficij vni transeunt in ecclesiam cui facta est vmo, & ad eam pertinent, n. 34.

Per unionem vnus ecclesiæ ad aliam non alteratur status ecclesiæ vnus, sed debet in ea more solito administrari, nem.